

*mala semper voluntate beneplaciti, interdum etiam voluntate signi. Multa enim eventura jam ante prædixit, hoc est significavit, se velle, ut evenirent. Exempli gratia, traditionem Christi, quam tanto ante significaverat per Prophetas. At Scholastici disertè pronunciant DEUM, nunquam velle malum, voluntate beneplaciti. Sed betizet, ut Suetonii verbo utar, Beza, & Chamer. Nos receptui canimus, & obfirmamus Disputationem nostram verbis D. Mentzeri Exeg. Aug. Conf. Artic. VII. Distinctionem inter voluntatem signi & beneplaciti miserri-
 mè depravant Calviniani, tanquam sint due, eaque contraria voluntates. Nos tenemus immotum fundamentum, quod divinum beneplacitum sit in Christo, & per Evangelium nobis reveletur. Quare non alia sive contraria voluntas est in signo, & in beneplacito: sed voluntas signi est Dei voluntas, quam in verbo suo & Sacramentis Deus nobis revelavit. Consentit Becanus in Theologia Scholastica cap. 12. pag. 105. Extra Christum igitur nobis in Scripturis propositum, nullum beneplacitum divinæ potest inveniri.*

TANTUM.

Sit

Δ. T. Θ.



Literæ-